

TEXTO 1

Iulia, puella Romana, in cubiculo suo est. Iulia speculum sumit et ante oculos tenet. Puella se in speculo uidet et se interrogat: “estne foeda facies mea? facies mea non formosa est!” et Iulia lacrimat. Serua sua, Syra, ostium aperit et in cubiculum intrat, neque ostium post se claudit. Iulia Syram post se in speculo uidet. Syra non uidet lacrimas Iuliae, nam puella non se uertit. Syra dicit: “O, hic est mea domina; ueni in hortum, Iulia!”. Sed Iulia imperat: “claudite ostium!” tunc ancilla paret feminae.

TEXTO 2

Daedalus, uir magni ingenii, in insula Creta exsulabat. Ibi Cretae tyrannus Daedalo hospitium praebuit, atque Daedalus magnum Labyrinthum tyranno aedificauit. Sed postea tyrannus Daedalum cum filio in Labyrinthum inclusit. Tunc Daedalus alas pinnis et cera fecit et umeris aptauit. Deinde cum filio euolauit. Puer alas in caelo agitabat, sed alarum cera liquescit et miser puer in undas cadit. Interea Daedalus in Italiam uenit et in pulchro templo alas suas deis dedicauit.

TEXTO 3

Romanorum domus paucas fenestras habebant. In medio tecto magna lacuna erat: ibi pluuiam cadebat in impluuium. Ante ianuam erat uestibulum, post ianuam ostium cum cella ostiarii. Ostium iungebatur cum magno et lato atrio. Ibi serui et amici mane salutabant dominum, et familia interdum habitabat. Auorum simulacra atrium ornabant. Circa atrium inueniebantur cubicula cum lectis, tablinum cum domini tabulis et pulcherrima triclinia.